

Psal.
117.

lelúia: & omnes, ad quos peruénit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, allelúia, allelúia. **Psalmus.** **C**onfitémini Dómino quóniam bonus: quóniam in sæculum misericórdia eius. **V.** Glória Patri. **Repetitur Antiphona.** Vidi aquam. **In Dominica verò Trinitatis resumitur,** Aspérge me Dómine. **In die sancto Paschæ & Pentecostes, ubi est fons Baptismalis, fit aspersio cum aqua pridie benedicta in fonte Baptismi, & ante infusionem olei & chrismatis accepta. Finita Antiphona supradicto modo, Sacerdos qui aspergit aquam, reuersus ad Altare, stans ante gradus Altaris iunctis manibus, dicat V.** Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam. **Tempore Paschali additur Allelúia. R.** Et salutáre tuum da nobis. **V.** Dómine exáudi oratió- nem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat. **V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus. **Oratio.**

EXáudi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: & mittere dignéris sanctum Angelum tuum de cælis, qui custódiat, foueat, próteget, visitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

BENEDICTIO AGNI
in Pascha.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo. **Orémus.**

DEus, qui per fámulum tuum Moysen, in liberatióne pópuli tui de Ægypto agnum occídi iussísti in similitudinem Dómini nostri Iesu Christi, & vtrósque postes domórum de ságuine eiusdem agni perúngi præcepísti: ita bene **+**dicere, & san-

cti **+**ficáre digneris hanc creatúram carnis, quam nos fámuli tui ad laudem tuam sumere desiderámus, per resurrectiódinem eiusdem Dómini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Et mox aspergit aqua benedicta.

BENEDICTIO OVORVM.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

SVbuéniat, quæsumus Dómine, tuæ benedictiódinis grátia huic ouórum creaturæ: vt cibis salúbris fiat fidelibus tuis in tuárum gratiáru actiódine suméntibus, ob resurrectiódinem Dómini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO PANIS.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Domine Iesu Christe, panis Angelórum, panis viuus ætérnæ vitæ, bene **+**dicere dignáre panem istum, sicut benedixísti quinque panes in desérto: vt omnes ex eo gustántes, inde córporis & ánimæ percípiant sanitátem. Qui viuis & regnas in sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Et aspergat aqua benedicta.

ALIA BENEDICTIO PANIS.

V. Adiutórium nostrum in nómine Dómini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **V.** Dóminus vobíscum. **R.** Et cum spírítu tuo.

H h h

Oré-

Oremus.

Domine sancte, Pater omnipotens, æternæ Deus, bene **✠** dicere digneris hunc panem tua sancta spiritali benedictione: ut sit omnibus summentibus salus mentis & corporis; atq; contra omnes morbos, & vniuersas inimicorum insidias, tutamen. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, panem viuum, qui de cælo descendit, & dat vitam & salutem mundo: & tecum viuut & regnat in vnitæte Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO
nouorum fructuum.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene **✠** dic, Domine, hos novos fructus **N.** & præsta: ut qui ex eis in tuo sancto nomine vescuntur, corporis & animæ salute potiãntur. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

BENEDICTIO
ad quodcumque comestibile.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dñs vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene **✠** dic, Domine, creaturam istam **N.** ut sit remedium salutære generi humano: & præsta per inuocationem sancti nominis tui: ut quicumque ex ea sumpserint, corporis sanitate, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Aspergat id cum aqua benedicta.

BENEDICTIO CANDELARVM

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Domine Iesu Christe, fili Dei viui, bene **✠** dic candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis Dñe, per virtutem sanctæ Cru **✠** cis, benedictionem cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talémq; benedictionem signaculo sanctæ Cru **✠** cis accipiant, ut quibuscumque locis accensæ siue positæ fuerint, discendant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pauidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare aut molestare seruiẽtes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum. **R.** Amen. *Postmodum aspergantur aqua benedicta.*

BENEDICTIO LOCI.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene **✠** dic Domine Deus omnipotens locum istum: ut sit in eo sanitas, castitas, victoria, virtus, humilitas, bonitas, & mansuetudo, plenitudo legis, & gratiarum actio, Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto: & hæc benedictio maneat super hunc locum, & super habitantes in eo, nunc & in omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

BENEDICTIO DOMVS NOVÆ.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram.

ram

Oremus.

ram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TE Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro habitatoribus eius, ac rebus: ut eam bene **✠** dicere, & sancti **✠** ficare, ac bonis omnibus ampliãre digneris: tribue eis Domine de rore cæli abundantiam, & de pinguedine terræ vitæ substantiam, & desideria voti eorum ad effectum tuæ miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, & Isaac, & Iacob: & intra parietes domus istius, Angeli tuæ lucis inhabitent, eamque, & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

BENEDICTIO THALAMI.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Bene **✠** dic, Domine, thalamum hunc: ut omnes habitantes in eo, in tua pace consistant, & in tua voluntate permãneant, & senescant, & multiplicentur in longitudinem diẽrum, & ad regna cælorum peruẽnant. Per Christum Dñm nostrum. **R.** Amen.

Postea aspergat thalamum aqua benedicta.

BENEDICTIO NOVÆ NAVIS.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris, & bene **✠** dic nauem istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noë ambulãtem in diluuiõ: porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulãti supra mare: & mitte sanctum Angelum tuum de cælis, qui liberet & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus quæ in ea erunt: & famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis; transactisque, ac recte perfectis negotiis omnibus, iterato tempore ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Qui viuis & regnas.

Aspergat nauim aqua benedicta.

BENEDICTIONES
ab Episcopis, vel aliis facultatem
habentibus, faciendæ.BENEDICTIO SACERDOTALIUM
indumentorum in genere.

✠ Adiuutorium nostrum in nomine Domini. **R.** Qui fecit cælum & terram. **✠** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui per Moysen famulum tuum pontificalia & sacerdotalia seu leuitica vestimenta, ad explendum in conspectu tuo ministerium eorum, ad honorem & decorem nominis tui fieri decreuisti: adesto propitius inuocationibus nostris: & hæc indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostræ humilitatis seruitium puri **✠** ficare, bene **✠** dicere, & conse **✠** crare digneris: ut diuinis cultibus & sacris mysterijs apta & benedicta existant: his quoque

H h h

sacris

sacris vestibus Pontifices, & Sacerdotes, seu Leuitæ tui induti, ab omnibus impulsiónibus seu tentationibus malignòrum spirituum muniti & defensi esse mereantur: tuisque mystèriis aptè & condignè seruire & inhærere, atque in his tibi placitè & deuotè perseuerare tribue. Per Christum Dòminum nostrum. *R.* Amen.

*O*remus.

Deus, inuictæ virtutis triumphator, & omnium rerum creator ac sanctificator: intènde propitius preces nostras: & hæc indumenta leuiticæ, sacerdotális & pontificális glóriæ, ministris tuis fruenda, tuo ore proprio bene *✠*dicere, sancti *✠*ficare, & conse *✠*crare dignèris: omnesque eis vtèntes, tuis mystèrijs aptos, & tibi in eis deuotè ac laudabiliter seruièntes, gratos efficere dignèris. Per Dòminum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuit & regnat in vnitàte Spìritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculòrum. *R.* Amen.

*O*remus.

Domine Deus omnipotens, qui vestimènta Pontificibus, Sacerdotibus, & Leuitis, in vsum tabernaculi fœderis necessària, Moysen famulum tuum agere iussisti, eumque spìritu sapièntiæ ad id peragendum repleuisti: hæc vestimènta in vsum & cultum mystèrij tui bene *✠*dicere, sancti *✠*ficare, & conse *✠*crare dignèris: atque ministros altàris tui, qui ea induerint, septiformis Spìritus gràtia dignanter repleri, atque castitatis stola, beata faciàs cum bonòrum fructu operum ministèrij congruèntis immortalitæ vestiri. Per Christum Dòminum nostrum. *R.* Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

*O*remus.

BENEDICTIO MAPPARVM & tobalearum, siue linteaminum Altaris.

V. Adiutorium nostrum in nòmine Dòmini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *V.* Dòminus vobiscum. *R.* Et cum spìritu tuo.

*O*remus.

Exaudi Dòmine preces nostras, & hæc linteamina sacri altàris vsui preparata bene *✠*dicere, & sancti *✠*ficare dignèris. Per Christum Dòminum nostrum. *R.* Amen.

*O*remus.

Domine Deus omnipotens, qui Moysen famulum tuum ornamenta & linteamina facere, per quadraginta dies docuisti; quæ etiam Maria texuit, & fecit in vsum ministèrij tabernaculi fœderis: bene *✠*dicere, sancti *✠*ficare, & conse *✠*crare dignèris hæc linteamina ad tegendum inuoluendumque altàre gloriosissimi filij tui Dòmini nostri Iesu Christi: Qui tecum viuit & regnat in vnitàte Spìritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculòrum. *R.* Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

BENEDICTIO CORPORALIVM.

V. Adiutorium nostrum in nòmine Dòmini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *V.* Dòminus vobiscum. *R.* Et cum spìritu tuo. *O*remus.

Clementissime Dòmine, cuius inenarrabilis est virtus, cuius mystèria arcànis mirabilibus celebrantur: tribue quæsumus, vt hoc linteamen tuæ propitiatiònis bene *✠*dictiòne sanctificètur ad consecrandum super illud corpus & sanguinem Dei & Dòmini nostri Iesu Christi filij tui: Qui tecum viuit & regnat in vnitàte Spìritus sancti Deus, per omnia sæcula sæculòrum. *R.* Amen.

*O*remus.

Omnipotens sempitèrne Deus, bene *✠*dicere, sancti *✠*ficare, & conse *✠*crare dignèris linteamen istud ad tegendum inuoluendumque corpus & sanguinem Dòmini nostri Iesu Christi filij tui: Qui tecum viuit & regnat in vnitàte Spìritus sancti. *R.* Amen.

*O*remus.

Omnipotens Deus, manibus nostris opem tuæ benedictiònis infunde: vt per nostram bene *✠*dictiònem hoc linteamen sanctificètur, & corporis ac sanguinis Redemptòris nostri nouum sudarium, Spìritus sancti gràtia efficiatur. Per eundem Dòminum. in vnitàte eiusdem Spìritus sancti. *R.* Amen.

Et aspergit aqua benedicta.

BENEDICTIO TABERNACVLI seu vasculi pro sacrosancta Eucharistia conseruanda.

V. Adiutorium nostrum in nòmine Dòmini. *R.* Qui fecit cælum & terram. *V.* Dòminus vobiscum. *R.* Et cum spìritu tuo.

*O*remus.

Omnipotens sempitèrne Deus, maiestatem tuam supplices deprecamur, vt vasculum hoc pro Corpore filij tui Dòmini nostri Iesu Christi in eo condèndo fabricatum, bene *✠*dictiònis tuæ gràtia dicere dignèris. Per eundem Dòminum nostrum. *R.* Amen.

Et aspergit illud aqua benedicta.

ORATIO IN CONSECRATIONE Episcopi, quæ dicitur cum Oratione Missæ diei sub vna conclusione: & similiter Secreta, & Postcommunio.

*O*ratio.

Adesto supplicatiòibus nostris omnipotens Deus: vt quod humilitatis nostræ gerendum est ministèrio, tuæ virtutis impleatur effectù. Per Dòminum.

Secreta. Consecrator.

Suscipe Dòmine múnera, quæ tibi offerimus pro hoc famulo tuo: vt propitius in eo tua dona custodias. Per Dòminum nostrum.

Consecratus dicit.

Suscipe Dòmine múnera, quæ tibi offerimus pro me famulo tuo: vt propitius in me tua dona custodias. Per Dòminum nostrum Iesum Christum filium tuum.

Infra actionem. Consecrator.

Hanc igitur oblatiònem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus etiam pro hoc famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promouere dignatus es, quæsumus Dòmine vt placatus accipias, & propitius in eo tua dona custodias: vt quod diuino múnere consecutus est, diuinis effectibus exequatur: atque ab æterna damnatiòne nos eripi, & in electòrum tuòrum iubeas grege numerari. Per Christum Dòminum nostrum, Amen.

Consecratus dicit.

Hanc igitur oblatiònem seruitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus etiam pro me famulo tuo, quem ad Episcopatus ordinem promouere dignatus es, quæsumus Dòmine vt placatus accipias, & propitius in me tua dona custodias: vt quod diuino múnere consecutus sum, diuinis effectibus exequar: diésque nostros in tua pace dispònas: atque ab æterna damnatiòne nos eripi, & in electòrum tuòrum iubeas grege nu-

merari. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

Postcommunio.

Plenum, quæsumus Domine, in nobis remedium tuæ misericordie operare: ac tales nos esse propitius, & sic foueri: ut tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum nostrum.

ORATIO IN COLLATIONE sacrorum Ordinum, quæ dicitur cum Oratione Missæ diei sub vna conclusione: & similiter Secreta, & Postcommunio.

Oratio.

Exaudi quæsumus Domine supplicum preces, & deuoto tibi petore famulantes, perpetua defensione

ne custodi: ut nullis perturbacionibus impediti, liberam seruitutem tuis semper exhibeamus officijs. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Tvis, quæsumus Domine, opere mystèrijs: ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Qvos tuis Domine réficus sacramentis, continuis attolle benignus auxilijs: ut tuæ redemptionis effectum, & mystèrijs capiâmus, & moribus. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: Qui tecum viuuit & regnat in vnitâte Spiritus sancti Deus: per omnia sæcula sæculorum. **ꝛ.** Amen.

MISSA
DE S. ANGELO
CVSTODE.

Quam Missam omnibus Sacerdotibus regularibus & sæcularibus S. D. N. PAVLVS V. liberè celebrandam concessit prima die non impedita Officio nouem Lectionum post Festum Dedicacionis S. Michaëlis Archangeli.

Introitus.

Psal. 102.

ADorâte Dominum omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius, ad audiendam vocem sermõnum eius. **Psal. E**nedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt, nòmini sancto eius. **ꝛ.** Glòria Patri.

Oratio.

Deus, qui ineffabili prouidentia sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris: largire supplicibus tuis, & eorum semper protectiõne defendi, & æterna societate gaudere. Per Dominum. **Lectio libri Exodi.**

Exo. 23.

Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparauit. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in illo. Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus meus.

Psal. 90.

Graduale. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. **ꝛ.** In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem

tuum. **A**lleluia, alleluia. **ꝛ.** Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius. Alleluia.

Psal. 102.

Post Septuagesimam, Graduale.

Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. **ꝛ.** In manibus portabunt te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.

Psal. 90.

Tractus. Benedicite Dominum

omnes Angeli eius, potentes virtute, qui facitis verbum eius. **ꝛ.** Benedicite Domino omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntatem eius. **ꝛ.** Benedicite Domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino.

Psal. 102.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

In illo tempore: Accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Quis putas, maior est in regno cælorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit. Amen dico vobis: nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste: hic maior est in regno cælorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei, vt suspen-

Mat. 18.

xcij

Missâ de sancto Angelo Custode.

datur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vt mundo a scandalis. Necesse est enim, vt veniant scandala: verumtamen vt homini illi, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscede eum, & proiece abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et, si oculus tuus scandalizat te: erue eum, & proiece abs te. Bonum est tibi cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. Credo.

Offertorium. Adorate Dñm omnes

Angeli eius: ministri eius facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius.

Secreta.

Uscipe Dñe múnera, quæ pro sanctorum Angelorũ tuorum ueneratione deferimus: & concede propitius, vt perpetuis eorum præsidijs, a presentibus periculis liberemur, & ad vitam perueniamus æternam. Per Dñm.

Communio. Benedicite omnes Angeli Domini Dñm: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula.

Postcommunio.

Umpsimus Domine diuina mysteria, sanctorum Angelorum tuorum festiuitate lætantes: quæsumus, vt eorum protectione ab hostium iugiter liberemur insidijs, & contra omnia aduersa, sua semper protectione muniamur. Per Dominum.

Psal. 102.

Dan. 3.

MISSA IN FESTO IMPRESSIONIS SACRORVM STIGMATVM

IN CORPORE B. FRANCISCI.

Quam Missam S. D. N. PAVLVVS V. liberè omnibus Sacerdotibus Regularibus & secularibus celebrandam concessit die XVII. Septembris.

Introitus.

M Ihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Psalm. Voce mea ad Dominum clamauit: voce mea ad Dominum deprecatus sum. Gloria Patri.

Oratio.

Domine Iesu Christe, qui frigidante mundo, ad inflammanda corda nostra tui amoris igne, in carne

beatissimi Francisci Passionis tuæ sacra stigmata renouasti: concede propitius: vt eius meritis & precibus crucem iugiter feramus, & dignos fructus penitentiæ faciamus. Qui uiuis & regnas.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Galatas.

F Rares. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid

ualet,

Gal. 6.

Psal. 141.

Gal. 6. c.

Missâ in festo Stigmatum S. Francisci.

xcij

ualet, neque præputium: sed noua creatura. Et quicumque hanc regulam secuti fuerint: pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Dñi Iesu in corpore meo porto. Grátia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres, Amen.

Psal. 36.

Graduale. Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudiciũ. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius. Allelúia, allelúia. Franciscus pauper & humilis, cælum diues ingreditur, hymnis cælestibus honoratur. Allelúia.

Sequentia sancti Euangelij secundum Matthæum.

Mat. 16. d.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si vniuer-

sum mundum lucratur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet unicuique secundum opera eius.

Offertorium. Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Secreta.

M Vnera tibi Domine dicata sanctifica: & intercedente beato Francisco, ab omni nos culpârum labe purifica. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio.

D Eus, qui mira crucis mysteria in beato Francisco confessore tuo multiformiter demonstrasti: da nobis, quæsumus, deuotionis suæ semper exempla sectari, & assidua eiusdem crucis meditatione muniri. Per Dñm.

Psal. 88.

Luc. 12.

MISSA DE S. CAROLO EPISC. ET CONFESS.

Quam Missam S. D. N. PAVLVVS V. liberè omnibus Sacerdotibus Regularibus & secularibus celebrandam concessit die IV. Nouembris.

Introitus.

S Tatuuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in æternum. Psalmus. Memento Domine David: & omnis mansuetudinis eius. Gloria Patri.

Psalm. 45.

Psal. 131.

Oratio.

E Cclesiam tuam, Domine, sancti Caroli confessoris tui atque Pontificis continua protectione custodi: vt sicut illum Pastoralis sollicitudo gloriosum reddidit, ita nos eius intercessio in tuo semper faciat amore feruentis. Per Dominum.

H h h s

Lectio

Lectio libri Sapientie.

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus: & in tempore iracundie factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. Ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit cum in benedictionibus suis: conseruauit illi misericordiam suam: & inuenit gratiam coram oculis Domini. Magnificauit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi sacerdotium magnum: & beatificauit illum in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suauitatis.

Graduale. Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **V.** Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi. **A.** Alleluia, alleluia. **V.** Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech. Alleluia. Sequentia sancti Euangelij secundum Matthaeum.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum: vnicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus

est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta, dicens. Domine, quinque talenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque superlucratum sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait. Domine, duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serue bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. **Credo.**

Offertorium. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.

Secreta. Sancti tui, quaesumus Domine, nos vbique latificent: vt dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum.

Communio. Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam: vt det illis in tempore tritici mensuram.

Postcommunio. Praesta quaesumus omnipotens Deus: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Carolo confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum nostrum.

**I N D E X N O M I N V M
S A N C T O R V M H V I V S
M I S S A L I S.**

A Bachum & sociorum martt. xix. Ian. 327	Catharinae virginis Senensis, xxix. Aprilis. 355
Abdon & Sennen martt. xxx. Iulij. 400	Cathedra S. Petri Romae, xvij. Ianuarij. 325
Achillei & sociorum martt. xij. Maij. 364	Antiochia, xxij. Februarij. 342
Adaucti & Felicis martyrum, xxx. Augusti. 420	Celsi & sociorum martyrum, xxvij. Iulij. 398
Adriani martyris, vij. Septembris. 421	Christinae virginis & martyris, xxiiij. Iulij. 395
Aegidij Abbatis, j. Septembris. 421	Christophori martyris, xxv. Iulij. 396
Agapiti & sociorum martyrum, vj. Augusti. 404	Chrysanthi & Dariae martt. xxv. Octob. 440
Agapiti martyris, xvij. Augusti. 414	Chrylogoni martyris, xxiiij. Nouemb. 454
Agatha virginis & martyris, v. Februarij. 340	Circumcisio Domini, j. Ianuar. 31
Agnetae virginis & martyris, xxj. Ianuarij. 329	Clarae virginis, xij. Augusti. 409
Agnetae secundae, xxvij. Ianuarij. 335	Clementis Papae & mart. xxij. Nouemb. 453
Agricola & Vitalis martyrum, iij. Nouemb. 446	Cleri & Marcellini Pontt. & martt. xxvj. Apr. 354
Alexandri Papae & sociorum martt. iij. Maij. 359	Commemoratio B. Pauli Apost. xxx. Iunij. 381
Alexij confessoris, xvij. Iulij. 390	Commemor. omnium Defunct. ij. Nouemb. 446
Ambrosij Episcopi & confess. vij. Decemb. 317	Conceptio B. Mariae virginis, vij. Decemb. 318
Anacleti Papae & martyris, xij. Iulij. 388	Conuersio B. Pauli Apost. xxv. Ianuarij. 331
Anastasiae martyris, xxv. Decembris. 17	Cornelij & Cypriani martt. xvj. Septemb. 425
Anastasij & Vincentij martt. xxij. Ianuar. 310	Cosmae & Damiani martt. xxvij. Septemb. 431
Andrae Apostoli, xxx. Nouemb. 314	Crescentiae & sociorum martt. xv. Iunij. 371
Angeli Custodis. xvj. 351	Crucis Inuentio, iij. Maij. 358
Aniceti Papae & martyris, xvij. Aprilis. 351	Exaltatio, xiiij. Septembris. 424
Annae matris B. Mariae, xxvj. Iulij. 397	Cypriani & Cornelij martt. xvj. Septemb. 425
Annuntiatio B. Mariae virginis, xxv. Martij. 347	Cypriani & Iustinae martt. xxvj. Septemb. 431
Antonij abbatis, xvij. Ianuarij. 325	Cyriaci & sociorum martyrum, vij. Augusti. 406
Antonij de Padua, xij. Iunij. 369	Cyriaci & sociorum martyrum, xij. Iunij. 369
Apollinaris Episcopi & martyris, xxiiij. Iulij. 393	Damae Papae & confessoris, xj. Decemb. 320
Apolloniae virginis & martyris, ix. Febr. 341	Damiani & Cosmae martt. xxvij. Septemb. 431
Apparitio S. Michaelis Archangeli, viij. Maij. 362	Dariae & Chrysanthi martt. xxv. Octobris. 440
Apuleij & sociorum martyrum, vij. Octob. 435	Decollatio S. Ioannis Baptist. xxix. Augusti. 419
Assumptio B. Mariae virginis, xv. Augusti. 413	Dedicatio Basilicae Saluatoris, ix. Nouemb. 447
Athanasij Episc. & confess. ij. Maij. 357	Basilicae Apost. Petri & Pauli, xvij. Nou. 451
Audifacis & sociorum martt. xix. Ianuar. 327	S. Mariae ad Nives, v. Augusti. 404
Augustini Episcopi & confess. xxvij. Aug. 418	S. Michaelis Archangeli, xxix. Septemb. 432
Bacchi & sociorum martyrum, vij. Octob. 435	Defunctorum Commemoratio, ij. Nouemb. 446
Barbara virginis & martyris, iij. Decemb. 316	Dionysij, Rustici & Eleutherij martt. ix. Oct. 436
Barnabae Apostoli, xj. Iunij. 368	Dominici confessoris, iij. Augusti. 403
Bartholomaei Apost. xxiiij. vel xxv. Augusti. 416	Domitillae virginis & martyris, xij. Maij. 364
Basilidis & sociorum martyrum, xij. Iunij. 369	Donati Episcopi & martyris, vij. Augusti. 405
Basilij Episcopi & confessoris, xiiij. Iunij. 370	Dorotheae virginis & martyris, vj. Februarij. 341
Beatrix & sociorum martyrum, xxix. Iulij. 399	Duodecim Fratrum martyrum, j. Septemb. 421
Benedicti abbatis, xxj. Martij. 347	Eleutherij Papae & martyris, xxvj. Maij. 366
Bernardi abbatis, xx. Augusti. 415	Eleutherij & sociorum martt. ix. Octob. 436
Bibiana virginis & martyris, ij. Decemb. 315	Emerentiana virginis & mart. xxij. Ianuar. 330
Blasij Episcopi & martyris, iij. Febr. 340	Epmachi & Gordiani martyrum, x. Maij. 363
Bonauenturae Episc. & confess. xiiij. Iulij. 389	Epiphania Domini, vj. Ianuar. 35
Bonifacij martyris, xiiij. Maij. 365	Eralmi & sociorum martyrum, ij. Iunij. 366
Caciliae virginis & martyris, xxij. Nouemb. 452	Euaristi Papae & martyris, xxvj. Octob. 440
Caij & Soteris Pontificum & martt. xxij. Apr. 352	Euentij & sociorum martyrum, iij. Maij. 359
Callisti Papae & martyris, xiiij. Octob. 437	Euphemij, Lucie, & Gemin. martt. xvj. Sept. 425
Caroli Episc. & confess. iij. Nouemb. xciiij	Eusebij Episcopi & martyris, xv. Decemb. 321
Cassiani martyris, xij. Augusti. 409	Eusebij confessoris, xiiij. Augusti. 410
Catharinae virginis & mart. xxv. Nouemb. 455	Eustachij & sociorum martt. xx. Septemb. 428

Index nominum Sanctorum.

Exaltatio sanctæ Crucis, xiiij. Septembris.	424	Luciæ & sociorum martt. xvj. Septemb.	425
Fabiani Papæ & martyris, xx. Ianuarij.	328	Luciæ virginis & martyris, xiiij. Decemb.	320
Faufini & Ionitæ martyrum, xv. Februarij.	342	Lucij Papæ & martyris, iij. Martij.	343
Faufini & sociorum martyrum, xxix. Iulij.	399	Ludouici confessoris, xxv. Augufti.	417
Feliciani & Primi martyrum, ix. Iunij.	367	Machabæorum martyrum, j. Augufti.	401
Felicis presbyteri & martyris, xiiij. Ianuarij.	323	Marcelli Papæ & martyris, xvj. Ianuarij.	325
Felicis Papæ & martyris, xxx. Maij.	366	Marcelli & sociorum martyrum, vij. Octob.	435
Felicis & Naboris martyrum, xij. Iulij.	387	Marcelliani & Marci martyrum, xvij. Iunij.	372
Felicis & sociorum martyrum, xxix. Iulij.	399	Marcellini & Cleti martt. Pontif. xxvj. April.	354
Felicis & Adaufi martyrum, xxx. Augufti.	420	Marcellini & sociorum martyrum, ij. Iunij.	366
Feliciffimi & sociorum martt. vj. Augufti.	404	Marci Euangeliftæ, xxv. Aprilis.	353
Felicitaris & Perpetuæ martt. vij. Martij.	343	Marci Papæ & confessoris, vij. Octobris.	435
Felicitaris martyris, xxij. Nouembris.	453	Marci & Marcelliani martt. xvij. Iunij.	372
Francifci confessoris, iij. Octobris.	434	Margaritæ virginis & martyris, xx. Iulij.	391
Imprefio facrorum Stigmatum in eiuſdem corpore, xvij. Septembris.	xcij	Mariæ virginis Conceptio, vij. Decemb.	318
Francifci de Paula, ij. Aprilis.	349	Purificatio, ij. Februarij.	336
Geminiani & sociorum martt. xvj. Septemb.	425	Annuntiatio, xxv. Martij.	347
Georgij martyris, xxij. Aprilis.	352	Viſitatio, ij. Iulij.	383
Geruaſij & Protafij martyrum, xix. Iunij.	373	Feflum ad Niues, v. Augufti.	404
Gordiani & Epimachi martyrum, x. Maij.	363	Affumptio, xv. Augufti.	413
Gorgonij martyris, ix. Septembris.	423	Natiuitas, vij. Septembris.	421
Gregorij Papæ & Confessoris, xij. Martij.	346	Præſentatio, xxj. Nouembris.	451
Gregorij Nazianzeni Epifc. & conf. ix. Maij.	363	Mariæ Magdalenz, xxij. Iulij.	392
Gregorij Thaumaturg. Epifc. & conf. xvij. Nou.	450	Marij & sociorum martyrum, xix. Ianuarij.	327
Hermetis martyris, xxvij. Augufti.	418	Marthæ cum ſocijs martyribus, xix. Ianuarij.	327
Hieronymi presbyteri & conf. xxx. Septemb.	433	Marthæ virginis, xxix. Iulij.	399
Hilarij Epifcopi & confessoris, xiiij. Ianuarij.	323	Martiniani & Proceſſi martyrum, ij. Iulij.	383
Hilarionis abbatis, xxj. Octobris.	439	Martini Epifcopi & conf. xj. Nouemb.	448
Hippolyti & Caſſiani martt. xij. Augufti.	409	Martini Papæ & martyris, xij. Nouembris.	449
Hippolyti & sociorum martt. xvij. Augufti.	416	Matthæi Apoftoli & Euang. xxj. Septemb.	428
Hyacinthi & Proti martyrum, xj. Septemb.	423	Matthæi Apoftoli, xxiiij. vel xxv. Februarij.	342
Hygini Papæ & martyris, xj. Ianuarij.	322	Mauri Abbatis, xv. Ianuarij.	324
Iacobi & Philippi Apoftolorum, j. Maij.	356	Mauritij & sociorum martt. xxij. Septemb.	429
Iacobi Apoftoli, xv. Iulij.	395	Maximi & sociorum martt. xiiij. Aprilis.	351
Ianuarij Epifc. & ſociorū martt. xix. Septemb.	426	Melchiadis Papæ & martyris, x. Decemb.	319
Ignatij Epifcopi & martyris, j. Februarij.	335	M. n. n. martyris, xj. Nouembris.	448
Innocentij Papæ & confessoris, xxvij. Iulij.	398	Michaelis Archangeli Apparitio, vij. Maij.	362
Innocentium martyrum, xxvij. Decembris.	23	Dedicatio eiuſdem, xxix. Septembris.	432
Inuentio S. Crucis, iij. Maij.	358	Modesti & sociorum martyrum, xv. Iunij.	371
Inuentio S. Stephani Protomart. iij. Augufti.	403	Monicæ viduæ, iij. Maij.	360
Ioannis Apoftoli & Euangel. xxvij. Decemb.	21	Naboris & sociorum martyrum, xij. Iunij.	369
Ioannis ante portam Latinam, vj. Maij.	361	Naboris & Felicis martyrum, xij. Iulij.	387
Ioannis Baptiſtæ Natiuitas, xxiiij. Iunij.	376	Natiuitas Domini noſtri Ieſu Chriſti, xxv. Decembris.	15
Decollatio eiuſdem, xxix. Augufti.	419	Natiuitas S. Ioannis Baptiſtæ, xxiiij. Iunij.	376
Ioannis Chryſoſtomi Epifc. & cōf. xxvij. Ian.	334	Natiuitas B. Mariæ virginis, vij. Septemb.	421
Ioannis Gualberti abbatis, xij. Iulij.	388	Nazarj & sociorum martyrum, xij. Iunij.	369
Ioannis Papæ & martyris, xxvij. Maij.	366	Nazarj & sociorum martyrum, xxvij. Iulij.	398
Ioannis & Pauli martyrum, xxvj. Iunij.	378	Nerei & sociorum martyrum, xij. Maij.	364
Iofeph confessoris, xix. Martij.	346	Nicolai Epifcopi & confessoris, vj. Decemb.	316
Iouitæ martyris, xv. Februarij.	342	Nicolai de Tolentino conf. x. Septemb.	423
Iudæ Apoftoli, xxvij. Octobris.	442	Nicomedis martyris, xv. Septembris.	425
Iuſtinæ & Cypriani martyrum, xxvj. Septemb.	431	Nymphæ virginis & martyris, x. Nouemb.	447
Iuuenalis Epifcopi & confessoris, iij. Maij.	359	Omnium Sanctorum, j. Nouembris.	445
Largi & sociorum martyrum, vij. Augufti.	406	Pancratij martyris, xij. Maij.	364
Laurentij martyris, x. Augufti.	408	Pantaleonis martyris, xxvij. Iulij.	397
Leonis primi Papæ & confessoris, xj. Aprilis.	350	Pauli primi Eremitæ, xv. Ianuarij.	323
Leonis ſecundi Papæ & conf. xxvij. Iunij.	379	Pauli & Ioannis martyrum, xxvj. Iunij.	378
Lini Papæ & martyris, xxij. Septembris.	430	Pauli Apoftoli Conuerſio, xxv. Ianuarij.	331
Lucæ Euangeliftæ, xvij. Octobris.	438	Eiuſdem commemoratio, xxx. Iunij.	381

Pauli

Index nominum Sanctorum.

Pauli & Petri Apoftolorum, xxix. Iunij.	380	Siluerij Papæ & martyris, xx. Iunij.	373
Paulini Epifcopi & confessoris, xxij. Iunij.	374	Silueſtri Papæ & confessoris, xxxj. Decemb.	29
Perpetuæ & Felicitatis martt. vij. Martij.	343	Simeonis Epifcopi & martt. xvij. Februarij.	342
Petri & Pauli Apoftolorum, xxix. Iunij.	380	Simonis & Iudæ Apoftolorum, xxvij. Oct.	44
Petri Apoftoli Cathedra Romæ, xvij. Ian.	325	Simplicij & sociorum martt. xix. Iulij.	390
Antiochiæ, xxij. Februarij.	342	Smaragdi & sociorum martt. vij. Augufti.	406
Petri ad Vincula, j. Augufti.	401	Soteris & Caij Pontif. & martt. xvij. Aprilis.	352
Petri martyris, xxix. Aprilis.	355	Stanilai Epifcopi & martyris, vij. Maij.	362
Petri & sociorum martyrum, ij. Iunij.	366	Stephani Protomartyris, xxvj. Decembris.	20
Petri Alexandrini Epifc. & martt. xxvj. Nou.	454	Inuentio eiuſdem, iij. Augufti.	403
Petronillæ virginis, xxxj. Maij.	366	Stephani Papæ & martyris, ij. Augufti.	402
Philippi & Iacobi Apoftolorum, j. Maij.	356	Sufannæ virginis & martyris, xj. Augufti.	409
Pij Papæ & martyris, xj. Iulij.	387	Symphoriani & sociorum martt. xxij. Aug.	416
Placidi & sociorum martt. v. Octobris.	435	Symphorofæ cum ſeptem filiis martyribus, xvij. Iulij.	390
Polycarpi Epifcopi & martt. xxvj. Ianuarij.	333	Telephori Papæ & martyris, v. Ianuarij.	32
Pontiani Papæ & martyris, xix. Nouemb.	451	Theclæ virginis & martyris, xxij. Septemb.	430
Præſentatio B. Mariæ virginis, xxj. Nou.	451	Theodori martyris, ix. Nouembris.	447
Praxedis virginis, xxj. Iulij.	391	Theoduli & sociorum martyrum, iij. Maij.	359
Primi & Feliciani martyrum, ix. Iunij.	367	Thomæ Apoftoli, xxj. Decembris.	321
Prifcæ virginis & martyris, xvij. Ianuarij.	326	Thomæ de Aquino, vij. Martij.	343
Proceſſi & Martiniani martyrum, ij. Iulij.	383	Thomæ Epifcopi & martyris, xxix. Decemb.	24
Protafij & Geruaſij martyrum, xix. Iunij.	373	Tiburrij, Valeriani, & Maximi martt. xiiij. Aprilis.	351
Piroti & Hyacinthi martt. xj. Septemb.	423	Tiburrij & Sufannæ martt. xj. Augufti.	409
Pudentianæ virginis, xix. Maij.	365	Timothei Epifcopi & martt. xxiiij. Ianuarij.	330
Purificatio B. Mariæ virginis, ij. Februarij.	336	Timothei & sociorum martt. xxij. Augufti.	416
Quadrageſima Martyrum, ix. Martij.	345	Transfiguratio Domini, vj. Augufti.	404
Quatuor Coronatorum martt. vij. Nou.	446	Tryphonis, Reſpicij, & Nymphæ martt. x. Nouembris.	447
Remigij Epifcopi & confessoris, j. Octob.	434	Valentini presbyteri & martt. xiiij. Febr.	341
Reſpicij & sociorum martt. x. Nouemb.	447	Valeriani & sociorum martyrum, xiiij. April.	351
Romani martyris, ix. Augufti.	407	Vbaldi Epifcopi & confessoris, xvj. Maij.	365
Romualdi abbatis, vij. Februarij.	341	Victoris Papæ & martyris, xvij. Iulij.	398
Rufinæ & Secundæ virg. & martt. x. Iulij.	387	Vincenrij martyris, xij. Ianuarij.	330
Ruftici & sociorum martt. ix. Octobris.	336	Viſitatio B. Mariæ virginis, ij. Iulij.	383
Sabbæ abbatis, v. Decembris.	316	Vitalis martyris, xxvij. Aprilis.	355
Sabinæ martyris, xxix. Augufti.	419	Vitalis & Agricolæ martt. iij. Nouembris.	416
Saluatoris Baſilicæ dedicatio, ix. Nouemb.	447	Viti & sociorum martyrum, xv. Iunij.	371
Sanctorum omnium, j. Nouembris.	445	Vibani Papæ & martyris, xxv. Maij.	365
Saturnini martyris, xxix. Nouembris.	313	Vrfulæ & ſociorum virg. & martyrum, xxj. Octobris.	439
Sebaſtiani martyris, xx. Ianuarij.	328	Xyſti Papæ & sociorum martt. vj. Augufti.	404
Secundæ & Rufinæ virg. & martt. x. Iulij.	387	Zephyri Papæ & martyris, xxvj. Augufti.	413
Sennen & Abdon martyrum, xxx. Iulij.	400		
Septem Fratrum martyrum, x. Iulij.	387		
Sergij Bacchi, Marcelli, & Apuleij martyrum, vij. Octobris.	431		

FINIS.

Series chartarum.

A B C D E
 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
 Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp.
 Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh.

Omnes ſunt terniones, præter B, Hhh quaterniones, & C duernionem.

FACULTAS SACRÆ
CONGREGATIONIS.

ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI
DOMINI in sacra Congregatione Generali Iudicis
concesserunt Ioachimo Trognæso, Bibliopola Ant-
uerpiensi, ut imprimere possit Missalia, Breviaria,
Diurna, & Officia B. Mariae virginis iuxta ritum sanctæ Ro-
manæ Ecclesiæ, & formam à Pio V. præscriptam, cum Ordinarij
reuisione & approbatione. Datum Roma, in Palatio Illustris-
simi & Reuerendissimi Domini Cardinalis Bellarmini,
2. Aprilis, 1618.

F. FRANCISCVS MAGDALENVS
CAPIFERREVS Ord. Prædic. dictæ
S. Congreg. Secretarius.

SVMMA PRIVILEGII
PRINCIPVM BELGARVM.

ALBERTVS & ISABELLA CLARA EVGENIA Archidu-
ces Austriæ, Duces Burgundiæ, Brabantia, &c. Sere-
nissimi Belgarum Principes, speciali gratia concesserunt
Ioachimo Trognæso, Bibliopola Antuerpiensi,
ut vnâ cum Moreto possit imprimere Missalia, Breviaria,
& Officia B. Mariæ; sicuti latius patet in litteris datis Bruxellæ,
in priuato Principum Concilio, 27. Septembris, 1614.

Signatum

I. le Comte.

Et in Concilio Brabantia,

I. Cools.

LICENTIA ET APPROBATIO
ORDINARIÏ.

IOANNES MALDERVS, Dei & Apostolicæ Sedis gratia
Episcopus Antuerpiensis, omnibus has visuris salutem in
Domino. Cùm à S. D. N. CLEMENTE VIII. decre-
tum sit, ne quis Typographus *Missale* ab eodem reforma-
tum in lucem edat, sine licentia & approbatione, iisque in scriptis ob-
tentis ab Ordinario loci, ac nisi prius per omnia cum exemplari Romæ
impresso concordare fuerit repertum: Hinc est, quòd nos dilecto nobis
in Christo *Ioachimo Trognæso*, Typographo Antuerpiensi iurato, dede-
rimus in scriptis licentiam illud imprimendi. Postquam autem *Missale*
in paruo folio, vt vocant, eiusdem *Ioachimi* opera absolutum intellexi-
mus, & per R. D. *Petrum Coens S. T. L.* Ecclesiæ nostræ Cathedra-
lis Canonicum (cui id specialiter commiseramus) debite fuimus infor-
mati, quòd illud in omnibus cum suo Originali conueniat, nisi quòd
quædam non ita ad longum sint posita in Missis proprijs de Sanctis,
quæ facillimè in Communi Sanctorum, vt annotatur, reperiri possunt,
& additæ sint *Missæ de S. Angelo Custode, de Festo impressionis
Stigmatum in Corpore B. Francisci, & de S. Carolo Episcopo & Con-
fessore*, à S. D. N. PAVLO V. probatæ, dictum *Missale* in paruo folio
excusum, approbandum & licentiam illud euulgandi concedendam
duximus, prout approbamus & licentiam concedimus per præsentem.
Datum Antuerpiæ, die 3. Septemb. Anno Domini M. DC. XVIII.

Ioannes Episcopus Antuerpiensis.

Typis Gerardi Wolffschatl.

LICENTIA ET APPROBATIO

ORDINARIIS

Oannes Maderus, Dei & Apostolicus Sedis gratia
 Episcopus Antuerpiensis omnibus huiusmodi salutem in
 Domino. Cum a S. D. N. Clemente VIII. de
 iure, ac iuris typographus Adriae ab eodem rectoribus
 cum in licentia et approbatione illius in scriptis ob-
 tatis ab Ordinario hoc, ac illius per omnia cum exemplis Romanis
 in archiepis concordat reuerentibus: Hinc est, quod nos dilecti nobis
 in Christo Joachime Paganus, Typographus Antuerpiensis iurato, debe-
 ritus in scriptis licentiam illud impetranda. Postquam autem Adriae
 in primo folio, ut vocant, eundem Joachime opera absolutum intelli-
 gitur, et per R. D. Patrum Coenae & T. A. Ecclesiarum nostrarum Cathedra-
 lis Canonium (cui id specialiter committimus) debite sumus infor-
 matus, quod illud in omnibus cum suo Originali conveniat, nisi quod
 quaedam non in ad longum sine nota in Millis propriis de S. D. N.
 Joachime Paganus, Typographus Antuerpiensis, et per R. D. Patrum
 Coenae & T. A. Ecclesiarum nostrarum Cathedra-
 lis Canonium, approbandum et licentiam illud concedendum
 daturus, prout approbatus et licentiam concedimus per presentes.
 Datum Antwerpiae, die 3. Septembris Anno Domini M. D. C. XVIII.

Joannes Episcopus Antuerpiensis

Typis Gerardi Wollschlaer